

CANCELL:
MARTIS B:
. 1.7 17:.



oo Da

2

LOGICÆ PERIPATETICÆ
V E S T I G I A

AB ORTHODOXIS THEOLOGIS
INNOCUE UTILITERQUE PRESSA,
ET IN PUBLICIS DISSERTATIONIBUS LUSTRATA,

A U T O R E
L. CHRISTIANO LUDOVICI,
LOGIC. ARISTOT. P.P.

Apud Hæredes TARNOVIL
A. C. 1713.



LOGICÆ PERIPATETICÆ
V E S T I G I A

AB OPTIMO DOCTO THEOLOGO

INNOCENTIO BILTINGO FRATRE

ET IN PARS DISSECTATIONIBUS LIBRARIÆ

LEONARDI
I. CHRISTIANO LUDOVICI

LOGICARUM FRATRE

APUD HÆR. F. ARNOXII

A. 1711.



PER-ILLUSTRI ATQVE EXCELLEN-
TISSIMO DOMINO,

D O M I N O

JOHANNI GEORGIO

DE PONICKAU,

DYNASTÆ IN Pöhle & Schönborn &c.

S. REGIAE MAJEST. POLON. ET SERE-
NISSIMI ELECTORIS SAXONIAE
PRÆSIDI EMINENTI,

NEC NON

AULÆ ET JUSTITIÆ, ATQVE APPELLATIO-
NUM JUDICII

CONSILIARIO LONGE GRAVISSIMO
&c.

DOMINO SUO GRATIOSISSIMO

HAS DISSERTATIONES

CONSECRAT

L. CHRISTIANUS LUDOVICI.




PERILLUSTRIS PRAESES,

DOMINE GRATIOSISSIME.

CUm nuncium de Tua tam emi-
nente dignitate eo tempore, quo hujus
opusculi editionem meditabar, ad nos alla-
tum ingenti lætitia boni omnes exciperent,
publicis Ecclesiarum Scholarumque votis, quibus jam
aures Tuæ personant, privatam pietatem jungere, at-
que in hac ipsa nuncupatoria epistola de sublimi isto
honoris gradu gratulari & volui & debui. Tibi enim,
EXCELLENTISSIME PRÆSES, tributa vi-
deo, quæ semper illustria fuerunt. Tibi diu expetito,
pœne recusanti, non roganti quidem certe, summo o-
mnium dignitatum datore Deo ita providente, San-
ctioris Consilii & Synedrii Patribus applaudentibus,
AU-

☉)(○)(☉

AUGUSTUS Rex pro Divina sua Sapiaentia demandavit Præsidium in Ecclesiasticis, quæ functio, circaque eam curæ sane præclaræ & cum æterna gloria conjunctæ sunt. Nactus es occasionem, qua Tu Tibi ipsi, hoc est, excellenti indoli Tuæ satisfacere; qua illa egregia animo Tuo promere possis, quæ eum in finem, ut cum nomine avitam Virtutem & domestica decora non modo referres, sed & vehementer augeres, à teneris annis collegisti. Habes jam ampliorem campum, quo Tua doctrina vigiliis & lucubrationibus parta, Tua virtus recte agendi consuetudine firmata in justitiam, pietatem, omneque beneficentiæ genus excurrat. Quæ sicut me, ut Tua causa, Eminentissime Præses, lætaret, adducere debuerunt; ita me publica res aliquanto magis movet. Profecto talem Præsidem, tam peritum, tam vigilem, tam orthodoxiæ studiosum, tam faventem studiis, tam justum, Ecclesiarum Scholarumque in his regionibus status sibi postulabat; qui naviculam Ecclesiæ pravarum opinionum impetu vexatam prudenter gubernet; qui velut in specula constitutus pro grege Domini excubias agens hostium machinationes mature eludat; qui depositum pretiosissimum, Verbum Dei cum Sacramentis, nec non pupillam Lutheraniæ Ecclesiæ Invariantam Augustanam Confessionem



nem, cum cæteris libris ejus Symbolicis, ut & piorum Majorum scriptis, illæsam, atque hoc ipso Sponsam Christi, pro qua ipse se exposuit, ut eam sanctificaret, purgaret lavacro aquæ per verbum, ut sisteret sibi eam gloriosam, non habentem maculam aut rugam, sed ut esset sancta & inculpata, a libidine hominum vanorum hujus seculi, quantum ad has regiones, illibatam præstaret; qui bene de bonis literis & artibus merentibus, ut in sua Gratia ac beneficentia nixi conquiescant, permittat; qui denique cum miseris semper juste, nunquam superbe agat, hominibus nunquam, legibus semper serviat. Ego certe hoc in summa felicitate Ecclesiarum Saxonicarum afflictis his temporibus pono, quod ubi Divina Clementia contigit, ut doctrinæ & orthodoxiæ laude incomparabiles Theologi, justitiæ vero & æquitatis fama Excellentissimi J. C. in Senatu Ecclesiastico summo sacrorum curam gerant, Te eadem Divina Clementia sub Indulgentissimi Regis nostri auspiciis, his omnibus Præsidem dederit. Unum est optandum, EXCELLENTISSIME PRÆSES, ut sero & non nisi in summa senectute, a sublimi hac statione avocet Te Summus Imperator, quo de ista felicitate inter alios mihi quoque diu latari liceat.

Scripti Lipsiæ die 7. Octobr.

A. C. 1713.

99 A 6989

ULB Halle 3
002 824 795



5b,

Retra ✓



Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 8
Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.



ERIPATETICÆ
TIGIA

OXIS THEOLOGIS
ILITERQUE PRESSA,
SSERTATIONIBUS LUSTRATA,

U TORE
ANO LUDOVICI,
ARISTOT. P.P.

des TARNOVIL.
A. C. 1713.

2

